



21496

kat.komp.

III

Mag. St. Dr.


P

huc
Luterzowski Ant. for: Penniger Sagittae
et Soluae Mycielsianae ad immor-
tali-tatem cursus ex magnorum meti-
torum vestigiis D. Josephi Mycielski

PANEG. et VITAE

Polon. Vol.

№ 805.



PENNIGER

SAGITTÆ & SOLEÆ MYCIELSCIANÆ

ad immortalitatem

CURSUS,

ex Magnorum Meritorum Vestigijs
ILLUSTRISSIMI olim & EXCELLENTISSIMI DOMINI,

D. JOSEPHI

COMITIS in Tucžno

MYCIELSKI

D A P I F E R I Regni,

Dum

Magni Ejus Cineres

in Ecclesia Osiecnenſi P.P. Reſormatorum tumularentur

in lenimentum doloris publici,

è voto Academiae Poſnaniensis *Author pro ſe*

Per

M. ANTONIUM JOSEPHUM

ZOLEDZIOWSKI

in Univerſitate Cracoviensi Philoſophiæ Doctorem,

ejusdemq; in Academia Poſnaniensi Actu-

alem Profeſſorem.

INVESTIGATUS.

Annò Domini MDCCXXXIV.

Die Funeralium Exequiarum XV. Novembris



Typis Academicis

e.

In Avitum
ILLUSTRISSIMÆ MYCIELSCIANÆ DOMUS
F N S I G N E.



I.

PENNA volat præpes fertur super Altra **SAGITTA**
Penniger in Cælum credite Cursus eis.

II.

Hæc **SOLEA DAPIFER** Regni per Olympia famæ
Ivit quâ planam carpit in Astra viam.

III.

Abs errore petit **DAPIFER JOSEPHUS** Olympum.
Quid mirum? siquidem **CRUX** benedicit iter.

JASNIE WIELMOZNEY I Mci
MCiem PANI,

KAROLI
z MALACHOWSKICH
MYCIELSKIY
STOLNIKOWY KORONNEY,
PANI y DOBRODZIEYCE.



Rudno raneę głaskać á nie urázić,
zále Twoje JASNIE WIELMO-
ZNA PANI, któremi złożonego
ná tym katafálku J.W. s. p. STOL-
NIKA KORONNEGO oplaku-
iesz, trudno tulić, á nie rozkwi-
lić. Ták dálece bowiem wdárły
się w kortynę Serca Twego, że tey stráty, którą w
zabránym z Swiátá J.W. ponośisz STOLNIKU, bez
oppressyi Sercá wspomnieć lobie niedász, Cmisz snie-
żyłty zálobą Herbowny NAŁĘCZ z Niebieskim
paragonuiący Zodyákíem, gdy Słońce Polskiego
Swiátá w smiertelnym widzisz záchodzie, wzbiera w
łez powodzi Mácierzynski Twoy SRZENIAWA, gdy
się łodká zyciá J. W. JMci PANA STOLNIKA o
grobowy rozbiłá kámień. Sfera Honorow náywyż-
szych NAŁĘCZ w sferę zálow zámienił się: Morze
krwi Xiążeccey SRZENIAWA, álbo fárbowny od
Furpur Senátorskich Rubikon, w łez serdecznych
rozszedł się rostkó. Dobiegła mety Herbowná POD-
KOWA ále Tobie Krzyż zostáwiłá, dlá tego niezno-
śny

śny, żeś się Nim z dożywotnim pożegnać musiała
Przyjacielem. Otierasż Oczy NAŁĘCZEM,
tym bardzicy łez toczą się strumienie. toniesz Ja-
śnie Oświeconego SRZENIAWY Nimfo, w powo-
dźi żalów, a tym bardzicy toniesz, że Cię miłość w
tak róz niebezpieczny wprawiła. Targá się od ża-
łow NAŁĘCZ, którym MAŁACHOWSKICH Do-
mowi mocno obowiązany Honor y Fortuná, że
związek przyiáźni dożywotniey Smierć smiała rozer-
wać, zawnąć nie może rany, którą STRZAŁA lo-
tnym w Niebo spiesząca pędem zadała. Boleiesz fro-
dze na tę y Herbownym NAŁĘCZEM do kondolen-
cyi pociągász, w ktorego Cyrkumferencyi, co tylko-
mieyscá było, wszystko żalom pozwoliła. Blednie-
iesz Krwi Xiążeczey y Senatorckiey drogi Rubi-
nie, gdy Smierć wybládła swoię na STOLNIKA wy-
wártá potęgę, oprzec się nie mozesz żalom Jár-
mácká Heroino, gdy od fátálnego Polski Achilles po-
legł zámáchu. Podpádász nieznośnym lámentom
gdy J. W. STOLNIK śmiertlnie upádł, frozeię w To-
bie smutki, gdy frogie fátá J. W. STOLNIKOWI,
zbyt stały się okrutne. Nád zámiar opánowały Ser-
ce Twoie żále, owszem y cały Polski Swiát, ktore
aby ztąd poniekąd uśmierzyć się powinny, że J. W.
STOLNIK dług śmiertelności wypłáciwszy, żyć
nieśmiertelnie zaczął, ktorego gdy ná tych kilku
Arkuszach zebrane nie śmiertelne czyny Tobie de-
dykuiemy, aby Herbowny NAŁĘCZ pełen żalów
Niebo pomyslnęmi nápełniło poćiechámi, Fortuná
w Nim swoje zawiázála fávory, życzemy

JASNE WIELMOZNEY WCI M. W. M. CIEM PANI
y DOBRODZIEYKI

Náyniżs Szudzy
AKADEMICY POZNANSKY

PENNIGER

SAGITTÆ & SOLEÆ MYCIELSCIANÆ

ad immortalitatem

CVRSVS.



*I*nter mille quas patimur
mortale genus ærumnas,
id unicum nunquam satis
deplorandum; quod fatis
quidquid libet, res in huma-
nas lieet. Proh dolor! post edomita mon-
stra Stymphalia, fusum Anthemum & Cen-
tauros, tristi letho succumbunt Hercu-
les? Eheu! victores Orbis Macedones,
dant vincias uni Libitinae manus; loricata
Gradiui seges adunca mortis falce succi-
ditur! Non parcunt semideis Heroibus
Parca, Græcos Achilles, Pænos Anniba-
les, Africanos Scipiones, terq; centum
Romæ Fabios, aufert extrema fatorum
dies. Miscentur victricibus palmis, fera-
les cupressi, triumphalibus laureis inter

A

te-

texuntur taxi, arena militaris, quan-
tumvis messe triumphorum plena, opple-
tur tumulis. Teguntur fatalibus umbris
Lucij, inumbrantur funesta fuligine
Fulgentij, Illustrissimos mortis caligo ope-
rit. Struthionis stomachum truci Libitinae
inesse arbitror, quibus nomen dedit Mar-
tiale ferrum Ferrerios, loricatosq; Hecto-
res, tanquam minorem absunit bolum.
Exanimat sua buccina quibus ludus Gra-
divi Classica erant, terso falcis fulgore
vultus Equitum perstringit, qui catapulta-
rum acie, enses et rompbeas innubi spectâ-
runt supercilio. O sortem hominum quâ
misera est! o fatorum potentiam, quam
multum potest in mortalia. Eadē hora qua
ad vitam nascimur, ad mortem destina-
mur, primus ad vitam accessus, sufficiens
ad mortē gradus est. Efficunt Cune vitæ
parenthesim et iam exspectat tumulus quo
claudatur; in vitæ theatrum educit Luci-
na Actores, mors sub leges vocat atra suas.
Nondum bene reptamus pueri, & ad Sepul-
chra vocamur, ubi crescendi auspicamur

in-

initia ibi patimur decrementum. Nulla ho-
ra quæ mortali non mensuretur clepsydra,
momentum nullum, quo ad monimen-
tum non fiat descensus. Devehunt ad
tumulum annorum circuli, dies quisq; a
fatis nefastus. Currunt tempora, & Nos
præcocia fata præcurrunt, labuntur horæ,
quæ sine lapsu fatali est? Franguntur vix
non indies Ducales Clavæ ad feretra, An-
teambulones Regum Enses, ad lapidem Se-
pulchralem obtunduntur, Peda Præsulea
pede mortis conculantur. Regales Coronæ
devolvuntur ad urnas, solo Solia æquantur
Ibroni viduantur Maiestate. Ad gustum
Lachesi Regnorum Poma, tantis innitri-
ta cupedijs, effrons bacchatur Furia. At-
terit mortali Annulos Signatorios pulve-
re, evertit Curules & parat Sandapilas,
Purpuris exiit, ut syrmate pullo induat.
Inumbrat Orbis serenitatem nubibus, ur-
get Regnorum Soles ad occasum, Phæbes
per interpositionem terræ eclipsat. In cas-
ses quos ex prærupto vitæ stamine struit
Atropos, captivat Libertinos, seu Lentulos

seu Celerinos metam jubet properare ad
unam. Evellit inversas arbores, oculorum
delicias formosos Absalones in ætatis flore,
adultam non expectando æstatem osseus
Messor demetit. Nulla contra fatorum im-
petum quidquam proficit balista, adver-
sus mortis telum nec septiplex Ajacis cly-
peus, nec hasta qua immanem confecit Tele-
phum valet Achillis. Inermes sunt tametsi
contra vim fatorum armatæ Gradivi co-
hortes, carnea terræ propugnacula Ence-
ladi, Geriones, Briarei, ad fatales succubu-
ère insultus. Vixere fortes ante Aga-
memnona & in æternam sua lumina clau-
serunt noctem, florere Troes & flos ille
Virorum, emaruit. Tinxit fraterno sã-
gvine Purpuram Romulus, ipse suo fera-
le Libitinæ inundavit macellum, rubuere
in Toga Quirini Consules & tamen lethali
confusi pallore. Raptus in ima è domestico
Cosdroas Cælo, Nero è Regia duriori Me-
taphora translatus ad tumulum. Vide
si qui potes præ lachrymis quanta fato-
rum audacia! minime arcentur Arci-
bus

bus, & per medios satellites deducunt ad
Mausolum. Mirare inclementiam! preti-
um humani capitis, Orbis Numina numi
exsolvere non possunt, durum Parcarum
ingenium a Superis immortalibus deductus
Sanguis non emollit. Fata mement omnes! La-
pis Sepulchralis scopulq; est ad quem vitæ mor-
talis Cymba alliditur, scopus est, ad quem citi
Hippomenes, pernices Atalanta suum inve-
niunt non plus ultra. Hic Joves Olym-
pici, Circensesq; sistunt Athletæ, hic suos si-
mulq; mortalis vitæ cursus terminant. Me-
ta monumenti lapis quantumvis gygan-
teis possibus est, ad quem si steterint non
amplius procedunt. Dolendum id est non ab
una deplorandum Helice, hoc vero Tyran-
num cordium mitigat dolorem, quod Re-
gni **DAPIFER** Illustrissimq; cruda mor-
tis non gustaverit obsonia, sed non nisi ad
Agni Inmaculati Dapes evocatus. Vivit post
fata superstes in stadio magnorum de Re-
publica meritorum indeffessus Agonetha,
SAGITTA Gentilitia, in altum immorta-
lis gloriæ evolat, **AVITA SOLEA** Circulum æ-

B

terni-

ternitatis decurrit. Abstergite igitur lacrymas quotquot Magnis **DAPIFERI** Cineribus parentatis **MÆTISSIMI** SPECTATORES; & ex **SOLEÆ** Gentilitiæ vestigijs cōiicite inmortalem. Abijt quidem ex oculis, sed post vitales motus terminatos, **SAGITTAM** & **SOLEAM MYCIELSCIANAM** adhuc in Cursu reliquit. Lenite hoc argumento tristes querelas, quod Penniger **SAGITTÆ** & **SOLEÆ MYCIELSCIANÆ** ad immortalitatem **CURSUS** Lapide sepulchrali minimè præpeditus.

IN motu sunt humana desideria, ad diversa, uti diversa feruntur, adeo; ut quem hominem vides, necesse sit Cursorem agnoscas. Itinerarium mehercule vita humana est, etsi Diogenis facem accendas, nisi unum Statorem Jovē invenies. Nullus Stationarius inter mortales Planeta, omnes gradarij, tot vias nacti, quot fines. Non est stataria in terris indoles, maxime si de honore agitur, calcaribus urgeri non postulat, nedum pedes adhibet, sed & talaria. Currunt ad Imperij Clavum, per in-

fixos

fixos telluri clavos fraudulentis Lescones,
ut ex ferrea semente, auream Coronarum
messam colligant. Volant cereis instructi
pennis in altum Icari, ac si cancrinos pedes
Honor oderit; Theopompos amet non E-
phoros. Tendunt plumata celeritate in su-
blime, morem fulminum gerunt, & obsti-
pas difficultatum rumpunt nubes, ut in a-
pricum erumpant. Cespitabundas nequa-
quam imitantur Hebes, Ganimedes æmu-
lantur quos præpes in altum vibravit A-
quila. Vehuntur non raro per calcata Pa-
trum colla in Solum cum Tullia, non ha-
bituri Purpurã, nisi quã Paternus sanguis
tinxerit non ascensuri Thronum, nisi Pater-
num cadaver primum suppleret gradum.
Sequuntur Martiales volucris Cursum Aquila-
las, rati quod carapbractura militaris, ni-
miùm erubescat; si immobiles truncos e-
xornet. Cui, ubi palmæ victrices cedunt
in manubias, documento, quod non claudi-
canti Vulcano, sed in cursum effrenato A-
pollini capessere laurum licuit. Etiam æ-
quora non ponunt metam humano cursui,

maris invadunt viscera, ut gemmatis partibus Pontum spolient. Scopulos, Acroce-
raunia, symblegadas audaci transgrediuntur pede, ut coronatas votorum sistant in littore puppes. Fragili trabe non tentatas prius cum Jafone metiuntur aquas, ut aureo vellere tegant humeros, peragrato victrici planta terrarum orbe, alterum cum Alexandro petunt, quasi unius magnitudini eorum non sufficeret. Habent tamen certos ejusmodi cursus terminos, mortales sunt, saxo intercipiuntur sepulchrali, metam ad sarcophagum nanciscuntur; ille qui ad immortalitatem est, Lapide non præpeditur monumenti, nullum in via agnoscit obicem. Non timet falcem Libitinæ, ad quam offendat pedem, cineres mortales excutit, ne aliquid terrenum sapiat, imo omne quod mortale est non patitur, quia Numina necesse sint quæ immortalitatem appetunt illiq; destinantur.

Talem **ILLUSTRISSIME OLIM & EXCELLENTISSIME D. JOSEPHE Comes de Tuczno MYCIELSKI Regni DA-**

DAPIFER AVITA SOLEA per benemeritorum
de Republica Appiam, ad immortalis gloriæ
Capitolium instaurâsti Cursum, & in La-
pide sepulchrali Plus ultra inscriptum ha-
bes. Insistebas Majorum Tuorum vestigijs
(solo ordine nascendi excepto) omnium Ma-
xime, *SAGITTA* ad metâ immortalitatis vo-
lante, *SOLEA* passibus laureatis in Templum
perennis famæ terente viam. Non novum
enim *MYCIELSCIS* stadia perennaturæ glo-
riæ decurrere, barbarorum cervices *AVITO*
calcare Insigni, & per illas ferri in sublime
*Ac*re telum *SAGITTA MYCIELSCIA*, pro cen-
tro ei hostium pectora, quæ pungit & ex-
pugnat, Cælum pro meta quod petit quove
potitur. Sidereis est deprompta pharetris;
ideo Cælesti dignissima *ARCUS CÆLO MYCIEL-*
SCIOS denotat oriundos. *Æmula Solis* vel
in nomine *AVITA SOLEA* Sidera probat *MY-*
CIELSCIOS, vel à *Ceris Illustrissimis*, à splen-
dore meritorum omnes *Serenissimos*. Illos
ego è bustis sepulchralibus, in paginam evo-
care non ausim, ne quiescentibus post tot
actus heroicos fiam importunus æternamq̃

C

requi-

requiem strepitu verborum interrumpam.
Non præsumo Deos Domus MYCIEL-
SCIANÆ Penates atra notari sæpia,
qui inter Astra relati cum Hercule, Cæ-
lo velut Lumina lucent. Angustia etiam
foliorum tam angustos capere non posset
spiritus, styli exilitas tantos venerari ne-
quiret Heroas. Majores sunt quam ut scri-
bi & laudari queant, quorum Nomina
auro notari, imprimi Cedris volunt & mar-
moribus. Serenarem quidem splendoribus
illorum mæstam palpebram, siccarem ce-
ris illustribus lachrymas; conderem tristẽ
elegum Eorum elogijs, parvitate tamen sty-
li, minuerem magnitudinem. Innuerem
quomodo AVITA SOLEA per omne Honoris
iverint Subsellium, uno gloriæ cursu, non
unam virtutis, fortunæ & Honoris metam
attigerint; nisi Patriæ in ijs amissis dispen-
dia meminisse vellem, & doloribus, quibus
Magno Regni parentamus DAPIFFERO
dolores superaddere. Honorios nihilomi-
nis omnes fuisse nemo dubitat; Quorum
SAGITTA Gentilitia supra quodvis fastigi-
um

um est, pennato motu Curules Senatorias,
Fasces Palatinos, Peda Pontificia, Duca-
les Clavas, Mareschalcales Scipiones Vexil-
la & Enses supervolat. Visa per omnes Ho-
norum cursus, totiusq; Sarmatiae sanguinis
& virtutis impetu deferræ amplitudinem,
non tamen Herculeas stetit ad Columnas,
sed eum nisi gloria suæ præfixit terminum,
quem totius immortalitatis exambit cir-
culus. Stylum aureum illam dicerem; inci-
dendo Cedris Heroum Nomini aptissi-
mum, nisi hostium cervicibus mortis &
Martis jura ferreo prælo seu prælio expri-
menda, imprimantibus MYCIELSCIOS
ad alium usum deserviret. Commendat
eam subtile acumen, quo toties Canibus O-
drysiis inflixit vulnera, Tauricanos fregit
impetus, ipsa tamen nescia frangi. Heroi-
cum per hostium pectora volans, hausit
spiritum, fecitq; Dracones Moschoviticos,
Leones Sveticos inanimos, vix ferijt. Eru-
ditis instructam pennis vidit Polonis Or-
bis, quoties veriores Appollines MYCIEL-
SCIOS, Siradienses Judices, Subjudices,

Notarios, adoravit. Probant belligero Sa-
cratam Mavortii TRIBUNI Siradienses MY-
CIELSCII, Achilles Lechici ex æquo Bello-
næ & Palladis Athletæ. Nunquam in pe-
cloribus eorum bellicus calor intepuerat,
sub ferri hyeme, sub balthæi militaris ge-
lu, ingentibus ausis ferventissimi, perfrigi-
dum alioqui Septemtrionem calentibus ar-
morum animorumq; studijs temperârunt.
Opponebant ictibus adversis pectus, ut mu-
ro Abeneo non egeret Polonia, ut MY-
CIELSCIOS ferreum non curare probarent
munimentum, quibus ferreus, imò ada-
mantinus animus est. Esto periculosa ple-
num opus aleæ lusus Martius, in quo no-
tatis sanguine calculis, fallax fortuna lu-
dit illuditq; mortibus, MYCIELSCIIIS Cam-
pus militaris vitæ immortalis ferax, arena
bellica fecunda gloria. Quoscunq; ei impres-
sere passus, omnes triumphalibus signati ve-
stigijs, à palmis victricibus, palmares singuli
Incedebant per hostiles pede victore truncos,
imò verius sanguinis innatabant Rubiconi,
Avita tamen SOLEA rubiginem à cruore

non

non contraxit, imo, licet si gravis collis bo-
stilibus, effusis supernatabat animabus. Fle-
tebant adversæ phalanges, lunatas in ar-
cum triumphalem cervices SAGITTÆ Gen-
tilitiæ, cuius aciem, & Hercules quanquam
immortalitatem derivârit à Superis; sensisset,
si eum illa sæcula habuissent. Effronduit
quondam, in laurum Amphirai telum, SA-
GITTÆ MYCIELSCIANÆ parum est to-
ties in laureas crevisse, subinde in oleas pa-
cis, in ferales hosti Cupressos, in Directri-
ces Palatinatum Virgas, in Caduceos Mer-
curij frondescit. Excussit dulcem in Par-
nasso Castalim aliger Medusæ suâ Soleâ So-
nipes, MYCIELSCIANÆ parum est e-
ruditos movere latices, gemmeos Hydaspes,
aurifluos Pactolos, fecundos divite vena
Tagos, in quibus auream Patria piscatur
fortunam, non novum elicere. Quippe, ubi
integrum scientificum æquor exhauferint
MYCIELSCII, nisi gemmas fundunt dum
consulunt in Senatu, nisi pretium dum in
Congressibus Regni perorant, nisi adamante
dignum notari, dum Divæ Themidi assi-

D

dent

dent. Vidit quanquam cæca rectos Judi-
ces Astræa, ille tantum negare posset, qui
SAGITTAM Gentilitiam, neutram in par-
tem inflexibilem & consciam rectitudinis
non novit. SOLEÆ insuper MYCIELSIANÆ
in naturam abiit cadentem solidare justiti-
am iniqua conculcare, & non æquitatem.
Lunam quidem in se exhibet, sed stabilem,
frangi prius quam contra fas æquumq; flecti
paratissima. Secutus vestigia ejus ILLU-
STRISSIMUS olim & EXCELLENTISSIMUS D.
ALEXANDER MYCIELSKI PALA-
TINUS SIRADIENSIS, qui Subjudicem Terre-
strem, Siradiensem, Judicem Surrogatum
agendo Posnaniensem, à Libra Justitiæ
nec latum unquam processit ad unguem, ut
ad stateram Themidis inveniretur multum
habens. Hauriebant ex ipso ut ex Nilo sitientes
justitiam, attollebant supra Sidera, ut Fon-
tem in eo gratiarum coronarent. Pende-
debat Regni Tribunal à Capite ALE-
XANDRI, Cujus Gordio nodo implicatio-
nes causas, Macedone gloriosior, solus men-
tis resolvebat acumine. Quos Decreta

Scri-

scripsit Notarius, tot perennes gloriae suae
reliquit characteres. quot literas exaravit
tot elogiorum sibi confecit Syllabos. Dignum
memoria Tribunal illud, in quo calamum
gessit MYCIELSCIUS, optatur simile, quod in
eo Notarius ALEXANDER proscripsit
injustitiam. Erexit in Capite suo tanquam
in Sacrario Aram Themidis, Lutomiriae
autem vero Numini Panthoen basilicum.
Trophaeum munificentiae ejus est Templum
illud, in quo Lapides quos in Aedes Divo-
rum jussit assurgere, Praecones sui Nominis
effecit. Importarunt eum Caelo Seraphicae
Reformatae Familiae Manus, ut redderent
immortalem, quanquam ipse omnem moverit
lapidem, ut immortalis gloriae erigeret sibi
monumentum. Fuerit quondam fabula,
quod insolens hominum arrogantia per im-
positos montibus montes, gradum sibi ad
Caelum fecerit, ALEXANDER lapidi-
bus Caelum impeti & occupari posse docuit,
quos in Divorum Basilicam impense conje-
cit. Seges gloriae ejus supra Pyrrhae semen-
tem Lapides illi fecundior, in quos effudit

beneficia ut crescerent magnifice. Aptarunt ei pennas famæ perennis Seraphinorum Alæ, quos in Lutomiriensem introduxit Conventum, exemere a mortis umbra splendores, quibus in Purpura quam ei Sanguis coloraverat MYCIELSCIVS, texerant merita, enituit. Te vero ILLUSTRIS olim ac MAGNIFICE D. MATHIA MYCIELSKI DAPIFER POSNANIENSIS quid nisi benemeritorum Sortes in Patriam. Et illa modestia, qua altissimorum Honorum Te super cadentes contempsisti sortes, immortalis gloriæ consignavit. Nihil sorti debebas Et fortunæ, innata animi magnitudine, Sanguinis gloria transcendebas Maximos. Fecerant Te naturæ suæ aliquomodo Superi participem, dum Et animi Et fortunæ sortes ex integro congesserant. quarum alij vix particulas concessis gerunt. Nullius usurpabaris oculis, quin omnium virtutum numeris occurreres absolutus, nulli in cogitationem veniebas, nisi simul grandium imitationem factorum imperares. Cujus enim mentem non rapuisset affabilitas, qua Et
gl-

glaciales liquabas animos, cuius animum oris non traxisset Hymettus? quo rosas & lilia loquentem audierat Sarmatia. Redibunt ampliora Tui elogia in Filio, tantisper quia Liber hic Tristium non Fastorum est, sub Cruce ILLUSTRISSIMI olim ac MAGNIFICI D. ANDREÆ MYCIELSKI VEXILLIFERI POSNANIENSIS Magni DAPIFERI PARENTIS Eloquentia consistit dolorosa. Mitcet Fontibus Rhetoricis Fontes lachrymarum, quibus Patria Civem, Palatinatus Vexilliferum, Domus Illustrissima Luminum Patria primæ magnitudinis Sidus ANDREAM deploravit. Non deplorasse quippe non poterat, in quo Lechicos Camillos, Fabios, supervixisse spectaverat. Probavit ille posse a fatiis Heroum animas eximi, novog³ naturæ portento Nepotes Tritavis vitam dare, ubi omnes in se expresserit. Militabant Poloniae triumpho sub Signis Vexilliferi, cui Avitum Telum contra rebelles Titanas vibrandum obtulerat. Sensere Jaculi ejus impetum adversæ potentia didiceruntq³ non solos Parthos a Sa-

E

gittis

metuendos etiam Polonos Heroes MY-
CIELSCIOS. Intremuit adversa acies
quoties Avitam arenæ belli ANDREAS
SOLEAM intulerat, quæ & inter Martios
ignes solida, illo quo ab usu bellico, nitet
splendore palpebras hostiles everberans. Re-
liquit per quamcumq; eâ processit viam Au-
reliam, tam cito auro paratus subvenire e-
gestati, quam cito Oratoris calamus non
potest scribere. Elicuit ad Tribunal Regni
JUDEX DEPUTATUS ex Petricoviensi Petra,
ferreo Insigni ignes illustrandæ Patriæ effi-
caces, eog; soleavit Justitiam ne in lubrico
ibidem cespitaret. Polivit longo beneme-
rendi usu, Avitam SOLEAM quantumvis à
pulvere Scholastico satis tersissimam. Fecit
Musis vel ob elicitam Hipocrenen dilectam,
quibus Caput concessit eruditum, ut Pyr-
rhum eas solum in annulo gestantem con-
funderet. Occuparunt verticem ejus Deæ
Parnassicæ, ipse tamē non intumuit, quod Li-
terarum Literarumq; Numina comprehen-
derit. Legibus Patrijs mentem devoverat,
parum reputans foris sapere; edisserere quot

remi-

remiges Ulysses habuerit, quot Centuriones
Alexander, quot signa Darius? priorne lu-
cem vidisset Odyssea quam Ilias, quot Curius
Dentatus duxerit in triumpho Elephan-
tos? quis Romanos primus docuerit naviga-
re, quot Annulos detraxit Nobilibus Anni-
bal? & quæ domi agi debeant ignorare.
Hæc sunt ANDREÆ digna fastis parennibus
rectefacta, quæ vix acu (ut ajunt) ligu-
bris Stylus tetigit, quanquam etsi nulla fuisset;
ideum redderet æternitati commenda-
bilem, quod JOSEPHVM quem ploramus Re-
gni DAPIFERVM Filium habuerit. Fuerit
satis ad gloriam Jovi Herculem, Olympiæ
genuisse Alexandrum, ANDREÆ de-
disse vitam JOSEPHO non infra grande
elogium. Commendat fontem lymphæ illi-
mis, Hesperias Arbores fructus aurei, Ery-
thræum æquor gemmati partus, stipitem qui
in Arcus triumphales & Coronas assum-
muntur surculi, laudum ANDREÆ &
doloris Nostri, etiam nunc ubi decreverit
JOSEPHUS accrescens. Ab hoc Fruti-
ce Nobili, hic descendit Palmes generosus,

Ab hoc Anchisa Aeneas adhuc in cunis im-
mortalitatis studiosus, & cum nondum
bene reptare sciverit perennis gloriae Stadio-
dromus. Caesar enim ex utroque quicumque hac
in Domo nascitur, in qua plena Curulibus
Atria, gravati Clypeatis Hastatisque He-
loribus parietes, referta Martis & Bellonae
Simulachris Propylaea, Purpuris stratæ vi-
suntur porticus. Quanquam & Maternus
DAPFERI sanguis quæ ab ILLUSTRISSIMA
olim & MAGNIFICA DOMINA MARIAN-
NA ex Tuczynijs Castellanide Gnesnenfi
derivavit, Mare quoddam Purpurarum
est, in quo Concha hæc Nobilissima, Gem-
mam Heroum enixa JOSEPHUM. Avita
Domus Tuczynianæ ROTA, rota fortunæ
extrafabulâ dicenda, in quasi quid usquam
fortunatum in Poloniam devehitur. Hac
Honorum feruntur Soles, ad ejusque motum,
ceu ad raptum Primi Mobilis, omnes Sphæ-
ræ dignitariæ devolvuntur in TUCZY-
NIOS. Circularis est, igitur æternitatis Sym-
bola, Currui etiam MYCIELSCIANÆ
gloriæ aptissima. Gravem acsi Ixionis sen-
sere

sere hostes, quamvis fortunatissima per eam
omnia in Domum MYCIELSIANAM devo-
luta. Adorat Stylus MARIANNAM, uni-
versa hæc in illam decora, seq̄ ipsam velut
Fortunam Avita ROTA devexit. Absit in-
nuisse Amazones, Cornelias, Pulcherias,
Isabellas, quibus plus justo laudum Histo-
ricorum adscribunt calami MARIANNA
aliquid supra eas sortita, in quam univer-
sas Superi dotes ceu in compendium concen-
trarunt. Pallas ei cessit sapientiam, vere-
cundiam Vesta, Bellona fortitudinem, Hele-
na pietatē, ut Numen quoddam credi debu-
erit. Prodigia in illam fuit natura in fronte
Gratias, lumina Cæli in oculis, in genis mi-
stas lilijs tulipas, ebur nivei oris in denti-
bus, Pæstanas in labris rosas posuit, ut Cyr-
rhen auream dignam Phæbo MYCIELSCIO
DAPIFERI PARENTE, demonstrasset. Vix
Lucina hæc in lucem edidit JOSEPHUM illi-
co ad Illustres Majorum Ceras, ad fumo-
sas Atavorum imagines infantiles convertit
ocellos, ut tenellos earum splendoribus innu-
triret. Solutus puerilibus involucris. Mu-

sis dicavit indolem, ut Avitos splendor
ad Phæbum Scholasticum geminaret. Cre-
vit in Olympum gloriæ Filio accrescenti
Parnassus, quem passibus calcavit eruditis,
attollebatur altius, gemino petens æthera
colle, quod in Eo vivam quandam morum
& virtutum Universitatem suo ambitu
concluserit. Tumbant pulveres Schola-
stici quod eos doctis excitaverit certamini-
bus, gaudebant leni susurro fontes Aonij,
quod in mentem ejus influxerint. Decur-
rebat Scholastica Olympia palmari pede
Ascanius, & jam Avitam SOLEAM ad He-
roicos aptabat passus, ad Cursum gloriæ.
Et certe; vix ab umbris Scholasticis in
Solem processit publicum, nihil non glorio-
sum egit, nihil MYCIELSCIO non di-
gnum. Poscebant Comitia Regni Legatum,
Mercurium, res Patriæ arduæ Virum,
Teucrum auspiciem, magnorum negotio-
rum moles Succolatorem; illico se monstra-
vit Atlantem. Locutus eo pro bono com-
muniore, quo Superos loqui censeremus, eo
sensu, ad quem Clodios pallere, contremi-
scere

Cethegos expirare Catilinas Purpuratorum Patrum vidit Congressus. Mareschalcalis Tribunalis Regni Scipio, ultro se ei ingessit Scipioni, in cuius manu, in virtutis Sepem, in vapulatorias delinquentium Virgas effronduit. Non licuit eo Praeside innocentiae esse miseram, sub quo illa maxime triumphabat causa, cui non a alienum applaudebat, sed insonum gemitus. Redderat oculos Themidi quia respectus ademerat, lancem Iustitiae in aequilibrio constitierat, dum favores sustulit, qui quandoque praeponderant. Mancipabat in suos sensus totum Tribunal, cum pro iustitia loquebatur. id tantum ipsi reliquit libertatis, quod manibus pedibusque in eius iverit sententiam. Nihil est ad Iudiciorum eius aequitatem Athenarum Areopagus, Tribunali Radomensi pretium fecit, dum Thesaurum Sarmaticum expenderet. Nemo poterat de Thesouro Regni rectius iudicare quam MYCIELSCIUS cui animus uti ab auri procul erat cupidine, ita amans aequitatis. Seminavit Patriae triumphos, dum e The-

sauro Regni, in arenam militarem auream
jecit sementem, bellaces firmavit animos,
in quos belli nervum impendi jussit. Major
adhuc meritorum DAPIFERI in Patriam est
portio, qui ne sitim vel esuriem sentiret Po-
lonia, integram ei in alimentum dare for-
tunam, totum fundere sanguinem, sudores
gemmeos pro eliquato Cleopatrae unione pro-
pinare erat paratissimus. Tractasset &
nunc Polonum Martem funeribus hostium,
incisisq; eorum collis, tanquam suavioribus
edulijs, nisi invida rebus nostris fata ad Cae-
leste obsonium invitassent DAPIFERUM. Illa-
tus Caelo tanquam Patrijs Solibus Sidus a-
micissimum quod in occiduum optabat Polo-
nia ut pote rebus suis propitium. Restitutus
Beatorum Patriae, ex qua Caelites in Basi-
licam, terrestres Seraphinos, in Osiecnensem
evocavit Conventum FUNDATOR, ut locum
inter eos in Caelo capefferet. Oberata est
beneficijs ejus Reformata FRANCISCI Fami-
milia, quam tametsi pauperem gratijs suis
fecit nunquam egenam. Colligimus quantum
amore his Seraphinis addictus erat a qui-
bus

bus nec post mortem corpore divelli patitur,
quantum in eos munificus, quibus Corpus
augustum Augustæ Animæ receptaculum
relinnavit. Auguror quod immortalitatis
viam ingressus, cui concatenata in Mino-
ritas beneficia pro Ariadnæ fuere filo, quo
è mundi Labyrintho, in Cælestem ducere-
tur Hyerusalem. Involavit Sedem Beato-
rum SAGITTA Gentilitia, AVITA SOLEA in-
gressus, nihilominus Pennis Seraphicis attol-
lentibus. Occidit quidem terris ut Soles so-
lent, sed immortalis gloriæ sortitus meridi-
em, umbras mortales subijit, in quibus licet si
meritorum splendore illustrissimus, conspi-
citur illustrior. Accrescit gloriæ JOSEPHI
ex vitæ decrescenti, & ab exitu mortali-
tatis, immortalitatem initiat. Consumavit A-
vita SOLEA Viator humani cursus itine-
rarium & bravium, Beatitudinis tenet
Comprehensor. Stitit Cursus SOLEÆ glo-
riosos in meta æternitatis ceu in termino.
quos tamen in Te continuari videmus IL-
LUSTRISSIME & EXCELLENTLSSIME D: MA-
THIA MYCIELSKI CASTELLANE CA-

LISSENSIS, quem exspirante hoc Castore, in
Zodiaco Domus Illustrissimæ Pollucem ve-
neramur. Nec enim in Domo MYCIELSCI-
ANA uno avulso deficit alter, ex qua plu-
res quam olim Roma Decios, plures Epa-
minondas quàm Thebæ, Pericles quàm
Athensæ Polonia numeravit. Adæquas me-
ritorios DAPIFERI passus ad curren-
dam viam, qua Polona redeat felicitas Gy-
gas maxime, magnis tamen grandium fa-
ctorum progressibus, motibus Oratorijs fa-
cis Te inassequibilem. Ascendisti per me-
ritos virtutum passus, ad hunc quem ge-
ris & magnitudine tua attollis Castella-
num Honorem, ut ostenderes, MYCIELSCIOS
soleatis nisi meritorum passibus, luctari in
fastigium. Intulisti pedem Senatui, quo vi-
am SOLEA Avita & merita trivèrè, decur-
ris immortalis gloriæ agones, igitur post a-
gonem IOSEPHI, MYCIELSCIANA SOLEA
adhuc in cursu est. Cessare enim nunquam
ab eo poterat, quam indies urges ad maxi-
ma, nec in tractu rectefactorum facis oti-
osam. Reassumitis post defessum cursu mor-
ta

talis vite DAPIFERUM MYCIELSCI,
quem thaumaturgis fere passibus ILLUSTRIS-
ME ac EXCELLENTISSIME D. ANTONI MY-
CIELSKI CASTELLANE SIRADIENSIS, Vir
Toga Sagog, Dignissime æmularis. Prodi-
gium non est, quod Te indefessum in via
meritorum videt Polonus Orbis, quia AN-
TONIUM, miraculum, quod inter conti-
nua circa bonum commune fatigia infati-
gabilem. Vivit in Te imo in utroq, Ve-
strum DAPIFER post fata Illustrissimus,
quem tamen vel ideo deploratis, quod non
solius Domus Illustrissimæ, etiam Patriæ
in eo dispendia videtis. Induimini pullo Syrma-
te Proceres Togati, quod DAPIFERUM
quem brevi in Senatu Confratrem vidisse-
tis, fata è vivis eripuerint. Tingit in la-
cbrymis Avitam FASCIAM ILLUSTRISIMA &
EXCELLENTISSIMA D. CAROLA ex MA-
LACHOVIS MYCIELSKA DAPIFERA
Regni, sor tem deplorat acerbam, quod dimi-
dium animæ, cordis delictum in altissimorum
Honorum expectationem amiserit in Spon-
so. Exspirat illo emortuo dolentissima, in

qua si pullos amictus spectes, fumus quoddam
nigrum est. Fluunt a pupilla ejus planctus pro-
fusissimi, tantoq; se propinant plenius, quan-
to magis a Tænia Aviti NALĒCZ bibun-
tur. Succumbit dolori Heroina hæc, quam ani-
mi magnitudine paucis comparaverim, omni-
bus in Regno sanguine prætulerim. Gravis
cordis Eius pressura, quod IOSEPHUS in
quo Reges suum sperabant incrementum,
DAPIFER qui Regum Polonorum Maje-
states, & SERENISSIMUM ELECTOREM, Mar-
chionem Brandeburgicum tractabat amore
nimis dure à morte habitus, a qua unico ex-
tinctus holo. Communis & Vobis hic dolor est
Sorores DAPIFERI mæstissimæ, quod Fra-
ter qui vobis unicus erat jam nullus est. Le-
gimus ex vultu Tuo & AVITA SKORASZEWSKI
ORUM Litera Illustrissima & Excellentissima
D.THERESSIA ex MYCIELSCHIIS SKO-
RASZEWSKA Castellana Premetensis
doloris magnitudinem, ex illaq; facie quam o-
mnibus refertam gratijs videmus cum cadē-
tibus guttatim lachrymis mærorem colligi-
mus. Scimus naufragari in doloris Ponto

Po.

PONINSCIANAM Ratem, ubi ILLUSTRISSI-
MA & EXCELLENTISSIMA D. CONSTAN-
TIA ex MYCIELSCHIIS PONINSKA ILLU-
STRISSIMI Stabuli Regni VICE-PRÆFECTI Con-
sors lectissima, coorta doloris tempestate in
lachrymarum imbres resolvit pupillã, Fron-
tis Sidera nube mæroris obducit. Experi-
mur quod & inter Religiosa Claustra ad-
mittitis dolorem Cælestes Animæ, reliquæ
DAPIFERI SORORES versæ in Niobes,
ubi altera in Conventu Ovinensi Cister-
nas Bernardi implet lachrymis, altera in
Conventu Sremensi per junctas in Cru-
cem Francisci manus jurat quod doleat.
Non dolere enim non possunt quas ad ge-
mitus & suspiria, naturalis urget inclina-
natio, totius Regni singultus, Colligata-
rum Familiarum connexi secum dolores.
Inumbrant quippe Avitos suos splendores
Tuczynscy, Gradzieccy, Prusimscy, Leszczynii Opa-
lenii, Czarnkowi, Principes Wisniowieccy, Ra-
dziwilij, Sapiechæ, Kozminscy, Skoraszewscy,
Poninscy, Rozdrazewscy, Miaskowscy, Niemo-
iewscy, Molscy, Mielzynscy, Koszutcy, Wal-
knowscy, Modlibowscy, Gorzyccy, Przyemscy,
Rydzynscy, Olszowscy, Gurowscy, Grufzczyn-
scy, Donhoffowii, Osolenii, Konięcpolscy, Zalescy,

ubi Regni DAPIFER Illustrissimus mor-
tis opertus caligine, ubi funales tædæ Do-
mum MYCIELSCIANAM obnubilant. Fundunt
amaras omnes Regni status lachrymas,
quas tamen Filius Unicornium cuius
Capiti bicornes inbiant Infule Aviti MO-
NOCEROTIS cornu facit salubres, dum
ipse etiam in illis demergitur. Dat si-
gnum indice cornu quod mœrori succum-
bat, nos conijcimus, quod dum ad Aras
litat Hostiam, Avitæ DAPIFERI SO-
LEÆ monstrat in Astra viam. Im-
petunt Cælum precibus jaculatorijs Fran-
cisci Filij ut facilem SAGITTA Gentilitia
habeat illuc aditum, ubi suprema est me-
ta laboris. Addimus & Nos suspiria, Par-
nassi Nostræ Fontes profluentibus amplia-
mus lachrymis, ut Littus Beatitudinis, e-
mensus Mundi hujus æquor adnaviget. Pre-
camur æternam post Cursum mortalis vi-
tæ requiem, & Cælestes DAPIFERO
ambrosias; SOLEÆ & SAGITTE MY-
CIELSCIANÆ Honores quam
maximos optamus pro
substrato. LE-

LENIMENT

Z A L O W

Jásńie Wielmożney IMći Páni
STOLNIKOWY KORONNEY



A stronę smutki na stronę żale,
Łez gorzkich morze ná co się w fále
Wzbiiász, płakác po niewczásie,
Tonąc w żálách ná co zdá się
Serdecznych,

Oschnićie dzdzyšte , od płáczu oczy
Niech się z wás żadná perła nie toczy,
Wyzáłowác trudno tego
Co się od kresu swojego

Niewroci.

Práwdá, że chyba nád twárde głązy,
Twärtsze byłoby ferce, urázy
Ktoreby od Libityny
Beż smętney poniosło miny

Zádáne.

Iednakże, kiedy wyroki Niebá
Tákie záchodzą, kwilic nie trzebá
Oczu ile życia strátę
Sobą płácą, sobą zá tę

Nádgrodzą.

W Południe mieniá záchod smiertelny,
Smierc w żywot cále niekážytelny,
W Splendory fátálne Cienie
Załobę ná utulenie

W wesele.

Pokosę Mężow walecznych sciele
Smiertelna kosá, kto wie iák wiele?

Przecież te Swiátá ozdoby
Iako złoto przedniey próby

Má Niebo

W Cenie; y niby ná Firmamencie
Gwiazdy lokuie w tymze momencie

Ktorego swiecic przestały
Swiatu, áby zajafniały

W wieczności.

Wydárłás, Parko życiu ludzkiemu
Srodze záwifná, Swiatu Polskiemu,

STOLNIKA Perłę korony

Sarmackiey ze wšzytkiey strony

Kosztowną.

Wydárłás, y zysk iákiż máż z tego?

Ráczysz JOZEFA szczęścia wiecznego

Nábawiłá krotofile

Ktorey iuż z Bogámi mile

Záżywa.

Záfzczyt MYCIELSKICH cney Parenteli,

Z ktorey Bogowie rodzić się mieli,

Położyłás ná grobsztynie

A on wieczną sławą słynie

Po Swiecie.

Chciałás Herbowney Strzáły náruszyć,

Ogłáz smiertelny, Podkowę skruszyć,

Aliż przy całości obie,

Niebá, rowne w biegu sobie

Dostały.

Ná stál w Podkowie kosás trafiłá.

I ták iey náymniey nie zaszkodziłá,

Owšzem y hartowna Strzáłá

Te zámáchy wytrzymałá

Bez szwanku.

Ná

Ná to wywárłás wszystkie swe iády
Abyś zálułá do Niebá slády
Smiertelnym prochém Podkowie,
Oczym pióro Swiátu powie
Na Ciebie.

Iednákże bitym do Niebá torem
Iásnie Wielmożnych MYCIELSKICH wzorem
Biegłá szybko nie zbłądziłá,
I iuż ná mecie stáwiłá

STOLNIKA.

I czegoż tedy we łzy topniesz
Czemu z swych oczu strumienie sieiesz
KAROLO Polska Dyáno
Nád którą w Polsce niemiáno

Pieknieyłzey.

Czemu wpowodzi źrenice brodzisz
Ktoremi słońce sámo przechodzisz
Czemu śnieżyste iągody,
W słońce zánurzywszy wody

zatápiaj.

Czyli STOLNIKA zazdroscisz Niebu
Ziemska Bogini, podobna Febu
I że go tak oplákuiesz,
Ze się od zálu nieczujesz,

Strętwiałá.

Otrzy NAŁĘCZEM swoje źrenicę
Stánie w tych záłách zábáwálnicę
Utul troski, narzekánia
Pokryi zálecieżkie łkánia
NAŁĘCZEM.

Nádgrodzą Niebá weselem zále
W perły zámienia łzy podufále
NAŁĘCZ choć zmoczony, tufzy
Ze go dniem Niebo osufzy
Wesełszym.

I

Na

Ná Herb N A Ł Ę C Z
Jásnie Wielmożney I. Mei PANISTOLNIKOWY Koronney
A L L U Z Y A

I.
Swiát okragły y NAŁĘCZ, toć figurá Swiátá
W NAŁĘCZU z kto-ym cyrkuł wieczności się brátá.
I dobrze, bo gdy STOLNIK, Swiátu zeszedł z oczy.
I NAŁĘCZ y w NAŁĘCZU Swiát cały łzy toczy.

II.
Koło fortune NAŁĘCZ y Honorow Sfera,
MAŁACHOWSKICH wiem dobrze, ále gdy wydźierá
KAROLI Libityná IOZEFA mysl cżuie
Ze w ley sercu nieznośny żál symbolizuje.

III.
Nigdy takim kándorém pereł nie máluie
Náturá z iákim siebie NAŁĘCZ popisuje,
Dopieroż iák zbieleie, gdy go łzami myiesz
KAROŁO, choć od żalu prawie ledwie żyiesz.

LENIMENT

Z A L O W

Jásnie Wielmożnego RODZENSTWA.



*Łącz z radością scistá ligá,
Maią się ná przemiány,
Oná żálu żál ieý sciga,
Serc Tyrannem názwany.
Blisko siebie bardzo chodzą,
Ten się z weselem brátá.
Jako praktyki dowodzą:
Ta lamentá przeplátá.
Jak ná morżu rozigránym*

Cie-

Cieżka powstaie burzã,
Tak na sercu zbyt stroskanym
Czas radości wynurzą.
W posrod żalów dobrą minę
Stroi, w smutku wesele,
W tym się z prawdą nie ominę:
W płaczu wesołe trele.
Gdy z smiertelnych prochów suie
Mogily y tumany,
Olimp Honoru gotuie,
W Niebo wygorowany.
To w Szkartaty to w Purpury
Mięni Kiry żatoly,
Świat od lământow pomiry
W nowe stroi ozdoly.
Berłã prochem poleruje
Smiertelnym, a Korony
W cieniach fatálnych glącuię,
Zkąd walor mają ony.
Rwie przecina pászmo życia
Wszystkich pospolu ludzi,
Czy Sędziwych czy z powicia
I tym do płaczu budzi;
Przecież nie tak srogie żale
Sercá ludzkie morduią,

A by gdyie podufále
Dręcza y opprymuią
Folga iáka bydź niemiátá;
Wesela máterya
Przez ktorąby nieustátá
Do smutku okázya.

Dowod tego Heroiny

Maćie z MYGIELSKICH Domu
Pochodzące, tey godziny
Co nie tayo nikomu.

Gdy Wám Brátá g dy STOLNIKA

Sroga Párká zábrátá
Zal Wám z tey miáry wynika
I tez powodź wezbrátá

Aliz y wtym tez odmęcie
Burza się usmierzyłá

Bo Herbowna Strzałá w mecie

Kres žalom náznáczyta.

Cieszyc tedy myśli trzeba

Z edoszedszy PODKOWA

Biegiem Heroicznym Niebá,

Wám pokazác gotowá,

Bite do Honorow slády,

I drogę do godności,

Ktorą jamá á bez wády:

Sáme y doszła Wieczności.



20. X. 18. 22



Biblioteka Jagiellońska



SIAR0010630

